169

85

S. P. O. et A. Plurimum Reverende Vir, Fautor singulariter honorande, Cum Scripto mecum communicato debitas reddo Gratias: quod meo Proposito utique non nulla suggessit exoptata. Obligatus eô Nomine sum, cum TIBI, Praeclarissime Vir, tum etiam Nobilissimo D. LEIBNITIO, cujus in me Propensionem veneror, et cui me commendatum de meliore Notâ velim: multam salutem, Senectutem longam (meâ longiorem) apprecans: ad Officia in Redhostimenti vicem, si qua praestare valuero, pari Promtitudine futuras proclivis. Opto felicem Reditum, felicem Martini Poloni (cujus, si Deus voluerit, in meis Scriptoribus Silesiis, inter quos illum referendum esse, jam cognoveris, mentionem faciam) Editionem. Vale, faveque porro

Tui Nominis

Sincero Amatori

Vrat. d. XXV. Jun.
A. M.DCC.III.

Martino Hankio.